

36

3



J. III. 36.

a - t

43

DIE VIII. JULII.  
IN FESTO  
**S. M A R G A R I T A**  
**SCOTORVM REGINÆ,**  
Semiduplex ad libitum.

ORATIO.

**D**eus, qui Beatam Margaritam scotorum Reginam eximia in pauperes Charitate mirabilem effecisti, da ut eius intercessione & exemplo tua in cordibus nostris caritas iugiter augeatur. Per Dominum.

*In primo Nocturno, Lectiones de scriptura occurrente.*

*In secundo Nocturno  
Lectio IV.*

**M**Argarita Scotorum Regina paterno Angliae Regum, materno Cœsarum sanguine clarissima, illustrior adhuc fuit christiana virtute. Hæc in Hungaria nata, ubi Pater tunc temporis exulabat, post exactam summa cum pietate puerilem ætatem, unde cum genitore, qui à sancto Eduardo patruo Anglo-

rum Rege ad paterni Regni fastigium vocabatur in Angliam venit: Mox alternante Parentum fortuna, ex Anglia littore soluens vi tempestatis expulsa, seu verius diuinæ Prudentiæ consilio deducta est in oram maritimam Scotiæ. Ibi cum ex Matris imperio Malcholmo tertio scotorum Regis egregijs eius doribus capto nupsisset, sanctimoniaz ac pietatis operibus triginta quibus regnauit annis toti Regno mirifice profuit.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustiam: Et deducet te mirabiliter dextera tua.

V. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prospera procede, & regna. Et deducet. Lectio V.

Nter regales delicias corpus afflictionibus ac vigis

44

*In Feste S. Margarita Scotorum Reginae.*

ac vigilijs macerans magna noctis partem pijs precationibus extrahebat. Præter alia ieiunia, quæ identidem usurpabat, integros quadraginta dies ante natalitia festa tanta cum severitate ieiunare consuevit ut ne in grauissimis quidē doloribus intermisserit. Divino cultui addictissima, templo plurima, & Cœnobia partim ex integro excitauit, partim resarcivit, & sacra supellesti, ac largo censu ditauit, Regem coniugem ad meliorem frugem, & ad similia suis exercitationibus opera saluberrimo exemplo traduxit, liberosq; omnes tam sanctè, & feliciter educavit, ut eorum plerique quemadmodum & Agatha mater, & Christiana soror sanctissimum vitæ genus amplexi sint. Vniuersi demum Regni fœlicitati consulens à vitijs omnibus, quæ furtim irrepserant, populo expurgauit, eisque mores Christiana pietate dignos restituit,

R. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo luetice. V. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam. Propterea.

*Lectio Vj.*

**N**ihil tamen æquè in illa mirabile fuit, ac flagrantissima Charitas erga proximos, præser-tim egenos, quorum numerolis gregib<sup>9</sup> non modò stipem assatim suppeditare; verū etiam trecentis quotidie materna benignitate dapes præbere, flexis genibus in morem ancillæ ministra-re, regijs manibus pedes abluere, & pressis etiam osculis ulcera souere solenne habuit. His porro, aliisque pijs sumptibus non regias tantum vestes, & pretiosa monilia distraxit, sed ipsum non semel exhaustis ærarium. Toleratis demum ad patientiæ miraculum acerbissimis doloribus animam semestri corporis ægrotatione purgatā, Auctorí suo quarto Idus Iunij

43.

*In Feso S. Margarita Scotorum Reginae.*

hui reddidit. Quo tempore  
poris momēto facies eius  
diurni morbi macie, ac  
pallore feedata, insolita  
quadam venustate reslo-  
ruit. Miris etiam post  
mortem prodigijs clara,  
& Clementis decimi au-  
toritate in Scotiæ Patro-  
nam accepta, vbiique ter-  
rarum religiosissimè coliti-  
tur. Cuius festum ab eo-  
dem Pontifice concessum  
Innocentius undecimus  
ad octauo Idus Iulij trās-  
ferri iussit.

R. Fallax gratia, & vanæ  
est pulchritudo: Mulier  
timens Deum, ipsa lau-  
dabitur. V. Date ei de  
fructu manuum suatum,  
& laudent eam in portis  
opera eius. Mulier. Glo-  
ria Patri &c. Mulier.

*In tertio Nocturno. Hom.*  
*S. Gregorij Pape, in Euangeliū.* Thesauro abscondito. Si in eodem Communi.

*Missa. Cognoui. de*  
*Communi nec Virginis, nec*  
*martyris. Prima Oratio,*  
*Et supra.*

---

## VRBIS ET ORBIS.

*C*Vm Sacra Rituus Congregatio habita die 22. Ianua-  
rii 1678. sic etiam anzuente Sanctissimo die 9. Fe-  
bruarij eiusdem anni censuerit; Festum Santa Mara-  
rita Regina Scotorum cum officio. Et Missa semiduplici  
ad libitum de Communi nec Virginis nec Martyris ex  
concessione Apostolica in Ecclesia Vniuersali hædenus  
celebratum die 10. Iunij, imposterum transferendum,  
Et celebrandum esse singulis annis die 8 Iulij iustis de  
causis. Et successuè eadem Sacra Congregatio sub die 12  
Martij 1778. suprascriptas Orationes, & Lectiones pro-  
prias Secundi Nocturni recitandas, die 8 Iulij Festo San-  
ta Margarita cum suo Officio diligenter reuisas. Et re-  
latae per Eminens: D. Card. de Norfolcia approbauerit  
pro Regno Magna Britannia tantum, easque recitari ac  
imprimi posse concesserit. Nunc vero eadem Sacra Co-  
gregatio ad relationem eiusdem Eminens: de Norfolcia


46.  
In Feste S. Margarita Scotorum Reginae.  
censuit posse extendi recitationem predicatorum Lectio-  
num cum Oratione Et supra approbatarum ad Eccle-  
siam Vniuersalem recitan. ab omnibus triusque sexuo  
tam secularibus, quam Regularibus, qui ad Horas Ca-  
nonicas tenebantur, si Sanctiss: D. N. Verbum fuerit. Die 28  
Ianuarij 1678.


Et facta de predictis Sanctissimo relatione Sanctitas  
sua annuit die prima Februarij 1679:

Cæsar Card. Fachenettus

Locus + Sigilli.

Bernardinus Casalius Sac: Rit: Congr. Secr.





3969

16

II. Thalassina.

